



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

10. Junij. 4. Id[u]s.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

IX. JUNII. 439

cum gemitu & lacrymis deliciae tuae erant, & unica cura. Quae pietas tua ut & alijs prodesset: noviter erecto monasterio Grandimontensi praepositus, vitae sanctissimae exemplo probavisti; & solitudinem esse virtutum publicarum palastram. *Malè aliorum defectus culpat, qui suos ignorat. Hoc malum ut declinem, solitudinem tecum adibo: ut nimirum praeter me solum nihil videam, nihil observem, minus judicem. Sat laboris haec solitudo dabit, quo me utilissime exerceam.*

S. BERNARDUS, ser. 57. in Cano.

Perfectus omnis reputabitur, in cuius anima tria haec congruenter atq; opportunè convenire videbuntur: ut gemere pro se, & exultare in Deo noverit, simul & proximorum utilitatibus potens sit subvenire; placens Deo, cautus sibi, utilis suis.

Perfectionis tria indicia.



10. Junij. 4. Idus.

B. MARIA, walencuriae, seu Polen-gerij monialis: quae sub sancta beata Ascelinæ disciplina piè educata, 1111.

T 4

eidem

440 ANNI CISTERCIENS.

eidem post obitum circumdata cœlesti lumine apparuisti, ac decantato illo Psalmi versiculo: *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: lætabunda & ex-*

ultans te ad cœlos recepisti. Psallo & ego diu nocteque Domino virtutum: sed quam frigide, quam languide, quam longè aliter, ac me sancta illa carmina doceant! Tu fac, ut psallam deinceps sapienter: hoc est, ut idem eructet cor meum, quod lingua pronunciat.

Floruit B. P E T R E, monache Clarævallis: *anno* *1170.* *cujus sanctum & verè columbinæ simplicitatis animum mellifluus Prens BERNARDUS summè diligebat. Unde mirum videbatur ejusdem oraculum, vaticinantis, te, unà cum alijs, quos simul tunc sacra Ordinis veste induebat, in Abbatiali dignitate moriturum. Reliquis itaq; omnibus prophetici sermonis veritatem complentibus, tu solus ad decrepitam usque ætatem in tua simplicitate, absque administratione ullius officij permanebas. Sed dilatam, non ablatam fuisse (juxta adagium) promissi fidem, eventus docuit; dum in Gronlandiam vocatus, & in Abbatem Novæ-Vallis electus, venerabiles canos tuos hoc tandem diademate, gemmis virtutum ornatissimo*

S. Bernardi vaticinium, licèt serò impletur.

mo

mo, coronavisti. *Simplicissimum illud
Ens enim Deus, cor simplex, tanquam
rem suae naturae simillimam, amat. Ut ego
ab hoc summo Bono amari merear, ora, ut
cor meum tale sit, quale depingit aureo
suo calamo*

S. BERNARDUS, Tr. de Prae-c. 14.

Ego verò, ut interior oculus verè sim- Charitas, &
plex sit, duo illi esse arbitror neces- Veritas
saria, charitatem in intentione, & in cordis
electione veritatem: ut oculus vide- custo-
licet cordis non solum pius, qui fal- des.
lere nolit, sed & cautus sit, qui falli
non possit.



II. Junij. 3. Idus.

BREYNERI: qui inter primos per Obijt
urbes Belgij iter facientem, & sa- anno
crum rete explicantem S. BERNARDUM secutus es, non ad Claramval-
lem duntaxat, sed ad montem summe
perfectionis. Talis nimirum fueras, ut
& Prioris officio dignum, & occupa-
tus Ecclesiae negotijs, parem te judica-
verit, qui in regenda congregatione,
absentis personam sustineres: meritum

T 5

denique,